



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Superlatius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

sperabat fore, ditior iusto aut equo. i. q̄ instū aut equū est. Sepe igit̄ abtūs regit̄ a cōparatiuo, q̄ tñ nō significat excessum, quō autē regāt abltm̄ mēsurę dicā suo loco. Elegāter sic loq̄mur, Sum doctior q̄ q̄ discere debeā. Iste est iunior q̄ onus cui tātū imponat̄. res notior est q̄ q̄ multis exponi debeat. Iunior q̄ ut ipsi & cetera. Quinti. sed hoc aptius est q̄ ut p̄bandū sit. In eādē rōnē cadit ille modus. Maiorē geris uestē q̄ p̄ habitu corporis. Curtius. Maiorē q̄ p̄ magnitudine syluę reddebat sonū, maior natu. i. annosior, sic maximus natu, minor natu, minimus natu. Inuenit̄ absolutū p̄ cōparatiuo, sed non imitabimur, ut bonū est sperare in dño q̄ in principibus. & p̄ suplatiua, ut Saturnia magna dearū, Ornatissime comparatiuo neutri generis utimur hoc pacto. Nihil patre tuo generosius, nihil Fausto poeta peritius, suauiusq̄, nihil matre tua castius, minus elegāter dicere nullū patre tuo generosior & c. Pręceptū Lanciloti est. Negatiua dictio nō pōt̄ addi suplatiua hoc modo, nullus est societatis meę doctissimus, sed uti debemus cōparatiuo. Cice. Omniū societātū nulla est p̄stantior, nulla firmior, q̄ quū uiri boni moribus similes sint familiariter cōiuncti. hic gtūs regit̄ ab nulla nō a cōparatiuo. adducit plura exēpla q̄bus supsedeo, Valde nō resoluit̄, nec magis quod a magnū uel maius nō uenire p̄bat Lancilot. ex Varro. Plī. ut idem ait. Voluit magis & potēs eē cōiūctiōes. Doctior & magis doctus utrūq̄ recte dicit̄. Fabius li. viij. Querūt quid sit magis antiquū. Suetō. Operam honestā dedit magis q̄ assiduā. Item doctior q̄ moratior. Quintili. Sitq̄ salubrior studiū q̄ dulcior. Colu. li. ul̄ti. Idcirco reddit̄ timidior rem q̄ uirilē pluribus. Idē probat Lancilot. cuius & id est quod sub iñcio. Cum relatiua & negatiua non ponit̄ q̄, ut Paulus, quo tu doctior. Franciscus nullo uestrū est doctior. rationem reddit̄ Lancilo. qua supersedeo. Mage pro magis primū in carmine. deinde etiā in prosa dictū est. Cice. in frumētaria. Mage condēnatū hominē in iudiciū abducere non posse. Virgi. in. x. Aspice non mage sit nostrę penetrabile telū. hęc in eū uersum Seruius.

• Superlatiuus.

Superlatiuus gradus regit̄ genitiuū pluralē noīs nō collectiui, uel singularē noīs collectiui, ut doctissimus poetarū, optimus plebis, sed op̄us est fieri comparationē inter plura duobus, ut si in tres partes diuisa sit (quod omne deus auertat) Flandria, quarū una imperatorē sequatur, altera francorū regē, tertia neutrū, dicemus, maxima pars flandriensiu, non maior quod diceremus si in duas partes esset diuisa, q̄ si tres partes sint æquales, nec maior nec maxima dicā. Es

Ioannis Desparterij Niniuite.

hæc est differentia superlatiui & comparatiui partitiue tenti, ut quis est fortissimus digitorum: utra est fortior manuum. Quintili. Ita non tantum utrum sit melius, sed quid optimum queritur. Gice. Quomodo querere uidetur orator utrum potius, aut quid potissimum dicamus, tamen quid comparatiuo etiam aliquando datur (inquit Valla) sed minus eleganter, sententia nostra patet in differentia de utra & quis, in qua re licentior fuit Phileticus, recte dicimus, doctissimus, de, uel, in, uel ex grammaticis, & inter grammaticos, ut probat Valla, Debent etiam collata esse eiusdem generis uel nature. O rem ridiculam quam uana disputaret hic sophista, an scilicet eiusdem generis generalissimi, an subalterni, & an genus sit hic substantia, an accidens &c. Sed mitto nugari, intelligendum est, debent esse uel eiusdem generis uel nature, id est casus superlatiui debet coniunctum accipi pro re excedente & excessa. Ideo hæc comparatio non ualet. Hector est fortissimus grecorum, quia falsum est, hi sunt greci demonstrando rem excedentem, quæ est Hector cum excessis qui greci sunt. Similiter hæc est mala comparatio, Leo est fortissimus plebis, si plebs solos homines significet, quia falsum est, leo & homines sunt plebs. hæc etiam comparatio non ualet. Penelope est fortissima suarum sororum, quia Penelope non est sua soror, ubi superlatiuus esse non potest, comparatiuus cum genitiuo locum habet, aut cum ablatiue, ut declarauimus, ut Penelope est castior sororibus suis. Hector fuit fortior quouis greco. Leo est fortior homine, Lynce, non autem fortissimus est leo lyncum. Si de duobus loquimur etiam generis non expresso, utemur comparatiuo. maior & minor Atrides, ille agamemnon, hic Menelaus. maior Cyrus & minor, siue superior & inferior, quia tempus significamus, non dignitatem maiorem minorem de malis tamen non maior, sed superior Dionysius, inferior Dionysius &c. si plures sint duobus, non per comparatiuum loquimur, sed per positiuum aut superlatiuum, ut magnus Alexander, magnus Pompeius Fabius maximus, Valerius maximus. In dictis præceptis. Valla ostendit errasse Priscianum, Macrobium, Lactantium & Ecclesiasticos, ut illic. Qui uult inter uos maior esse sit minimus. dicendum fuerat maximus, & illic. Fides, spes, charitas, maior horum charitas, pro maximum horum, aut maxima harum, sed grecos secuti sunt, quia comparatiuo semper dant genitiuum, quia ablatiuo carent, sed nos qui ablatiuum habemus, semper comparatiuo dabimus ablatiuum ubi non tenetur partitiue, de mentia certe uideatur patriam linguam relinquere, alienam sequi, multa certe sunt aliter apud nos obseruata, aliter apud grecos. ut in idiomatis docet Diomedes. Elegatissimis Valle præceptionibus insultat, Sulpitius, Mancinellus & Lancillottus, & is quidem uerbosissime, sed nequicquam, quia Valla dicit comparatiuum regere genitiuum dum parti

tive ponit, & tum pro duobus sumi, uel facere cōparationē p duobus, quādo autē regit ablatiuū, potest cōparatio esse inter duos eiusdem generis, ut Hēctor est fortior Paride, & inter diuersi generis, ut Hēctor troianus est fortior Achille græco, & inter plura siue eiusdem generis, siue diuersorū generum, nec quicq; horū est cōtra Vallā, illi autē solū probāt cōparatiuū ablatiuo cōtentū capi, p pluribus. Nā Lancilo. ut fortissimū contra Vallā argumētū, adducit Ciceronē in Bruto dicētē. Sed quis omnīū doctior, quis acutior, q̄s in rebus inueniendis uel iudicandis acrior Aristotele fuit: omnīū regit a quis, ut a nullū in Pli. lib. viij. ti. xxi. Nullū omnīū pręstātius, quod Mancinel. dixit minus recte (ut mihi uidei) regi a cōparatiuo more græco Cice. in partitionibus. Quid utilius, quid equius. Hęc pueriliter putat esse contra Vallā, eodem morbo ante hunc laborarūt. Sulpi. & Mancinel. cuius limā non adeo esse dentatā. ostendit bene Iodocus, Badius. Superlatiuus inter duo facit aliquādo cōparationē, licet enim prior proprie de duobus, primus de multis dicatur, quandoq; tamē primus dicitur de duobus. Vt bene probat Lancilot. ex Cice. & Quintilia. & Sueto. dicente in Augu. Ad modū pristinū, & splendorem redegit duabus lectiōibus prima ipsorū arbitratu, quō uir uirum legit secunda suo & Agrippę, sic potissimū pro ante am̄bos de duobus recte dixisse Lactantiū affirmat Lancilottus. Superlatiuus exponitur affirmatiue, ut deus est optimū inter omnia, id est deus est om̄i alio melior, & negatiue, ut Maria peperit primogenitū, id est ante quem nullū aliū peperit, non post quem aliū futuri. essent, aut fuerint fratres. Superlatiuus sine casu exponitur per ualde, ut doctissimus, id est ualde doctus. Solus & unus, p solus, gaudent superlatiuo. Pli. Iunior. Regulus est unus omnīū bipedū nequissimus. ponit sine superlatiuo, sed rarius. Plini. Caluitiū uni tm̄ animāliū homini, ubi est genitiuus pluralis potest eē accusatiuus cum inter, uel ablatiuus cum, ex, in, de, probat totū Valla. Nunc uideamus quę legitime gradū cuiq; aptantur.

Quisq; omnis, cunctus.

Igit̄ superlatiuus asciscit. i. adiungit sibi quisq;, relinquit autē ois, uel cūctus positiuo uel cōparatiuo, ut optimus, qsq;, & ois, uel cūctus bonus, & melior. unusq; tm̄ positiuū habet, postponit autē qsq;, ut ualentissimi qsq; corporis lōge abest a sapiētia, quoniā qsq; superlatiuo iungit, licet nō eiusdem casus. Quintili. Rus, seruulos, penates & om̄ia utiliora, si superlatiuo nomē careat, poterit quisq; positiuum habere, ut ois idoneus, uel idoneus qsq;, strenuus, & pius superlatiua hęc